



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. VII. De Officiis Divinis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

## SECTIO VII.

## De Officiis Divinis.

1. **Q**uoniam occupationes, quæ ad animarum auxilium assumuntur, magni momenti sunt, ac nostri Instituti propriæ, & valdè frequentes; cum alioqui nostra habitatio tam sit in hoc, vel in illo loco incerta: non utentur Nostri Choro ad Horas Canonicas, vel Missas, & alia Officia decantanda; quandoquidem illis, quos ad ea audienda devotio moverit, abundè suppetet, ubi sibi ipsis satisfaciant. °

*Cur non indu-  
ctus sit Chorus  
in Societatem.*

° Paul. III. p.  
14. Jul. III. p.  
67. & Gregor.  
XIII. p. 136.  
& P. 6. c. 3. §.  
4.

2. Quatenus tamen judicaretur populum moveri ad magis frequentandas Confessiones, Conciones, & Lectiones, & non aliter; posset ordinariè Dominicis, & Festis diebus dici vespertinum Officium, sine cantu figurato, vel firmo, sed tono quodam devoto, & simplici, eodemque tono Officium Hebdomadæ Sanctæ cum suis cæremoniis. In Missis autem majoribus, quæ dicentur ( licèt submissa voce ) habita ratione devotionis, & decen-  
tiae, licebit duos vestitos superpelliceis assistere. p Habita postea ratione finis prædictæ

*Quatenus ali-  
quando permis-  
sio, & quo can-  
tu.*

p P. 3. c. 3. §. 4.  
& B. & C. 1.  
D. 40.

q C. 2. D. 17.

r C. 3. D. 36.

s C. 1. D. 12. &  
C. 4. D. 61.

r C. 9. D. 19.

*Processiones  
quatenus usur-  
panda.*

dictæ Constitutionis dispensatum est; ut Præpositus Generalis posset inducere Missæ, & Vesperarum cantum, vel etiam inductum revocare, ubi minus benè id munus præstari posset. q Cantus verò non alius esset, quàm præscribitur in Constitutionibus: circa quem tamen, locum habeat dispensatio P. Generalis, præsertim inter Hæreticos, & Infideles. r A quo etiam permitti poterit, ut in morte Principum, quando pro eis exequiæ publicæ fieri solent per Ecclesias Civitatis, in nostris pariter celebrentur, cum feretro, sine pompa; celebrando scilicet Missas: vel si usus Patriæ habet, etiam recitando Officium Defunctorum, modo nostro simplici. s Ad uniformitatem verò in omnibus Provinciis observandam, statutum est; ut in publicis cæremoniis, in Missis, ac Vesperis, quando cantantur in nostris Ecclesiis, in Sacramentorum administratione, & in aliis Officiis Ecclesiasticis ritus ubique Romanus observetur. s

3. Statutum pariter fuit, ne Processiones à Nostris in posterum fierent; sed Generalis haberet facultatem dispensandi, ut eadem retineantur, & instituantur, ubi ad Dei gloriam expedire judicaverit: Romana porrò Corporis CHRISTI Processio

cessio (cùm intermittendam PP. censuis-  
sent) jussu Greg. XIII. retenta est. " " C. 3. D. 35.  
Idem tamen Pontifex voluit Nostros li-  
beros omnino esse à publicis Processioni- x Greg. XIII.  
bus, seu precibus, nec ab ullis Ordina- p. 155.  
riis cogi posse, ut illis interessent. x

4. Si tamen contingeret, ut interesse *Eadem quo lo-*  
compelleremur publicis Supplicationibus; *co. & visu.*  
superpelliceo utemur, juxta communem  
honestorum Clericorum morem. De loco  
tamen, & Ordine procedendi relinquen-  
dum est eorum arbitrio, qui nos voca-  
runt. y *y C. 3. D. 25.*

SECTIO VIII.

*De Congregationibus Beatæ VIRGINIS,  
& bonæ Mortis.*

1. **E**Recte sunt intra nostra septa Sodalitates B. V. primò quidem in Collegio Romano pro externis Scholasticis, ad hoc; ut hi certis diebus, & horis convenientes in nostrum Templum Annuntiationis Beatæ MARIÆ, Confessionis, & Eucharistiæ Sacramenta ibidem frequentarent, & Divinis officiis, colloquiis, & exhortationibus spiritualibus, aliisque piis operibus vacarent; cui Sodalitati, beneficio Apo-  
*Institutio. & exercitia Congregationum B. V. & bonæ Mortis.*